

voluit ac balbutire: Dies est, qua DEVS ut legis peritose
luderet, inter imperitos nasci, ab imperitis agnosci primum volu-
it. Natus, natus IESVS non in Academia, sed in stabu-
lo: annunciatum primum non Doctoribus in auditorio, sed
pastoribus innocentissima hominum genti in campo. Repertus
non in Museo, sed in praesepio. Fuerunt primi omnium tanti
mysterii veneratores, non Scientiarum Candidati, sed sancta
simplicitatis professores, custodes ovium, tanto videlicet Pha-
risaeis omnibus ac Scribis beatiores, quanto in accipiendam Salu-
tis oblatione simpliciores, quantoque in exequendo Angelo rum
iura promittiores. Cognoscite heic, quos Auditores: quantum
in Salutis mysterio docta valeat ignorantia. Videor mihi et
vos etiam forte necum videbimini videre Augustum, ut sedeat
Romae, et ex illo maiestatis Domicilio leges populis dispenseret.
Videre Rhetores et Philosophos, ut antiquas ibidem evolvant
litteras, novasque condant, Videre Flamines et augures et quic-
quid solida antichristum est superstitionis, ut in Deorum, uti
loquebantur Sacris rite caeterque tractandis, religionibus conti-
nuendis, arcanis investigandis sint solliciti; Videre Hierosoly-
mis rituum sacrorum Artifices, arcanorum DEI scrutatores
solertissimos et interpretes, Scribas, Phariseos, Sacerdo-
tes: ut congregentur, ut scrutentur Scripturas, incredibilis
si DIIS placet de ceteritate has interpretentur. Omnes
omnes tamen ignorant, nesciunt non vident, quod Idiatis,
quod rusticis, quodque his, in quos ne quidem suspitio eruditi-
onis cadebat, divinitus revelatur. Ideo non raro in divi-
nis negotiis non tantum nihil hominum prodest Sapiencia,
sed et officit plurimum. Ita nimirum, stulta atque infima
mundi DEVS elegerat, ut confunderet sapientes: ita do-
ctos per indoctos, divites vincebat per pauperes. Ove-
re igitur IMPERITORVM, O IDIOTARVM DI-
EM! O Diem, quo DEVS eruditorum ut deprimere
Scientiam, imperitorum eveit incitiam! O Diem, quo in-

docti
te
u
iust
verge
Sic
quid
Gene
ctus
lalis
ut qu
nici
Rom
e
stria
que
Vos
nite
han
nobis
scribi
negot
solli
ea
fide
hujus
na
nitate
pign
dogma
reced
diche